



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Semita Perfectionis Purgativa, Illuminativa, Et Unitiva**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniae Agrippinae, 1705**

**VD18 15298639**

24. Charitas in mandatorum observatione.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55242](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-55242)

250 SEMITA PERFECTIONIS.

ricâ; & nil me à Te separare valebit. Imò si fractus illabatur Orbis ; impavidum ferient ruinæ.

*Petitio.*

Quæsumus , omnipotens Deus , tribue nobis famulis tuis , amare Te desiderantibus , amorem in opere re lucentem , in tribulatione gaudentem , in labore patientem , in exercitiis quotidianis exactum , in intentione purum , ut semper , quæ Tibi sunt placita , & dictis exequamur & factis.

*Aspiraciones.*

I. Pone me ut signaculum , super brachium tuum. Cant. c. 8. 6.

II. Machina mentis , vix amoris , qua illam & è mundo extrabit , & in alta tollit. S. Gregor. in Ezech.

III. Da mihi , Domine , amorem aetuosum , instar ignis , nonquam otiosum ; sed pro gloria tua , & proximorum salute , indebenter operantem.

P A S S U S XXIV.

Charitas in mandatorum  
observatione.

TEX-

## TEXTUS.

*Qui habet mandata mea, & servat ea; ille est, qui diligit Me. Joan. 14. 15.*

## Cognitio.

Perfectio christiana consistit in charitate, non quidem concupiscentiæ, quæ ad spem pertinet; sed in charitate benevolentiae; principaliter secundum dilectionem Dei, secundariò secundum dilectionem proximi. (Ita D. Thomas.) De quibus dantur præcepta principalia Divinæ legis, Deut. c. 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde.* Et Levit. c. 9. *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* De quibus Salvator ait Matth. c. 22. *In his duobus præceptis universa lex penderit & Propheta.* Hæc duo præcepta totius Decalogi sunt compendium, cuius pars ad dilectionem Dei, pars altera ad dilectionem proximi spectat. De quibus quoque S. Joannes in epist. 1. c. 5. 3. *Hac est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus.* Et c. 2. 5. *Qui servat verbum ejus, in hoc charitas Dei perfecta est.*

## Dilectio.

*Quis igitur perfectionis studiosus, man-*

data Domini implere non satagat , ut perfectè Deum diligat ? Quid enim sunt præcepta, quid lex , nisi lux animæ ? Præceptum Domini lucidum , illuminans oculos . Psal. 18. 9. Quid lex est , nisi Sol mundi ? Nam 1. instar Solis , ut diximus , illuminat , Mandatum lucerna est . & lex lux . Proverb. c. 6. 22. 2. Instar Solis est omnibus manifesta . Signatum est super nos lumen vultus tui Domine . Psal 4. v. 7. 3. Instar Solis ardorem cum luce habet . Nonne cor ardens erat in nobis , dum aperiret nobis scripturam ? Lucæ c. ult. v. 32. 4. Instar Solis Orbem regit & fœcundat , sine cuius luce perirent omnia ; errores , mendacia ac tenebræ succederent . 5. Instar Solis est causa universalis , cunctis se accommodans . Et quemadmodum Sol cum floribus flores , cum arboribus arbores , cum animantibus animalia producit ; ita quoque lex , ut scribit S. Chrysostomus Orat. 75. Est adiutorix senectutis , magistra juventutis , paupertatis auxilium , divitiarum custos , cum virginibus lilia puritatis , cum martyribus rosas charitatis , cum pauperibus violam humilitatis producit . O lex sancta , lex immaculata , lex lucida & illuminans , lex amœna , & super mel dulcis ! Illustra me , accende me , dirige me , perfice & sanctifica me , ut Legislatorem meum summum , summâ charitate diligam .

## Petitio.

Dilata, Domine, cor meum charitate;  
 quâ legem tuam perfectè impleam, & viam  
 mandatorum tuorum alacriter decurram;  
 ut cum Vate Regio afferere valeam: *Viam*  
*mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâsti*  
*cor meum.* Psal. 118. 32. donec ad viæ & vitæ  
 hujus metam, patriamque cælestem per-  
 veniam.

## Aspirationes.

I. *Si vîs ad vitam ingredi, serva man-*  
*data.* Matth. c. 19. 17.

II. *Tu mandâsti, mandata tua custodiri*  
*nîmis; utinam dirigantur via mea ad custo-*  
*dendas justifications tuas.* Psal. 118.

III. *Custodiam legem tuam semper, in*  
*saculum, & in saculum faculi.* Psal. 118.

## P A S S U S XXV.

## Charitas in cura temporis.

## T E X T U S .

*Non defrauderis à die bono, &*  
*particula boni doni non te*  
*prætereat.* Eccli. c. 14. 14.

Cogni-